

Panor. super secunda Primi.

fi fundatur in fundo ecclesie parochialis, illa dependere dicitur a prima, & vicarium ibi poterit constituere, & superior prelatatus erit prelatatus utriusque, non preerit utriusque. Ex dispensatione. n. poterit solus duas ecclesias tenere, & sufficit dispensatio Episcopi, quod intelligitur per determinationem. sup. de ele. c. dudum. inf. de preb. de multa. No. hic gl. q. si ecclesia in fundo propriae ecclesie edificata ecclesie, prout in ecclesia providendi spectat ad prelatum ecclesie, in cuius fundo est edificata, & dicitur ecclesia pendere ex prima, & illi ut annexa potest per vicarium deferri. principalis tamen prelatatus erit & rector superioris ecclesie, quod nota dum est valde pro istis capellis & altaribus, quae edificata sunt in ecclesiis. Dicit tamen Vin. sup. de ele. in c. dudum, q. in tali ecclesia, si est vicina, proinde poterit deferri per capellanos suos. si autem est remota, imponetur ei census, & ponetur in ea perpetuus vicarius, alle. de ecclesiis edificatis. c. ad audientiam. Aduerte, non dicit per quem, sed in hoc re currere ad ea, quae dixi de ele. c. cum ecc. vulturana. Sed ad praemissa quaerit, an eadem maiori eccle. dependentes euincantur dicit, q. sic, quia si arrogatur aliquis, omnes q. sunt in potestate eius, transeunt, inst. de a dop. s. illud, ff. de precal. qui quamuis. in contrarium alleg. c. pastoralis, in prin. de offic. ord. Dic q. hoc dictum procedit quo ad ius priuilegiatis, contrarium quo ad ius subiectionis iurisdictionis, ad quod bene facit. c. 2. inf. de relig. do. Quid autem si ecclesia, a qua alia dependet, non saluat iura Episcopalia, an dependentes possint interdici? vel ipsarum bona pignori dari? sic. hoc dictum potest tolerari, quoniam dependentes sunt de eadem iurisdictione, alias forte dicendum esset secus. per d. c. 2. de relig. do. quo ad hoc, ut Episcopus principalis ecclesie haberet potestatem interdicens, ut hic, & de offic. deleg. c. sane, ad hoc, quia quod dno debeat, deducitur de peculio vicariorum, ff. de pec. l. si seruus meus. Quare an singulae dependentes ecclesiae singulas debeant dare procuraciones? dic q. sic, si sufficiant & habeant populum, quia Episcopus quodlibet membrum diocesis respicit, de offi. ordin. c. irrefragabili. q. i. c. de persona, nec obest q. vna ecclesia sit substantialis, de reb. ecc. non alie. c. i. quod intellige in ecclesiis, secus si sint Graeciae, de cens. c. si. Quid si contraxit quis cum presbitero ecclesiae subiectae, an ante executionem debiti exigatur, quod debetur superiori ecclesiae. f. census? dic q. sic sicut dominus dedit prius, quod a seruo debetur, ff. de pecu. l. sed si danum. §. peculium. & §. praeterea; & hoc si cum presbitero contractum fuit ignorante, vel contradicente prelato maiori, sed si illo sciente, veniet ecclesia in contributum cum aliis creditoribus. ff. de trib. l. i. & vide Arch. de preb. c. cum singulari. lib. 6. lo. An. in si. gl. ff. dicit ut de elec. c. nemo deinceps. li. 6. vbi vide. Ant. de Bu.

ADDITIONO.

- 2 Si ecclesia. An ecclesia vnita teneatur ad onera ecclesie, cui est vnita tradit Bar. in l. 1. C. de Mt. Ber. lib. 1. & an gaudeat priuilegiis. v. adit glo. in in cap. 1. ne sede vacante, no. in cap. recolescentes, de ita. no. & in posita aliena in vilitatem alterius ecclesie principalis, tradit Bal. in auth. hoc ius porrectum, C. de sac. san. ecc. Seb. Sap.

S V M M A R I U M.

- 1 Clericus in minoribus tantum constitutus potest dispensatione ad regimen parochialis ecclesie promoueri, dummodo intra breue tempus possit in presbyterum ordinari.
- 2 Ordines sacri intra quod tempus possunt, vel debent accipi.
- 3 Episcopus an & quando possit dispensare super minori aetate ad beneficia.
- 4 Aetas quae requiratur ad quaecunque beneficia.
- 5 Eligi an possint non constituti in sacris ad beneficia sonantia dignitatem, quae sunt sine cura, & quae dispensatio requiratur?

C A P. V.

Raterea. Is qui nondum est in sacris, si alias est idoneus, ad regimen parochialis ecclesie dispensatione potest promoueri, h. d. Prima pars ponit rigorem. Secunda dispensationem. Tertia dispensationis determinationem. Secunda ibi, Dispensatione. Tertia ibi, Dum tamen. Casus literal. dicitur in hac decretali, q. nullus debet ad regimen animarum admitti, nisi ad minus sit subdiaconus, tamen dispensatione in minoribus ordinibus constituti possunt admitti, dummodo tales sint, q. intra breue tempus possunt in presbyteros ordinari. B. No. 1. q. ad regimen parochialis eccle-

siae de iure assumi non potest non existens in sacris, & sic habes vnum beneficium, cui per prius antequam assumatur annexus est ordo sacer. s. parochialis ecclesiae. No. 2. q. ordo subdiaconatus, non est de minoribus, sed de sacris. inf. de ser. non or. c. miramur. int. eo. c. a multis. No. 3. q. in minoribus existens dispensatione potest ad ecclesiam parochialem assumi; dum tamen sit talis, q. intra breue tempus possit in presbyterum ordinari, & sic apparet, q. defectus aetatis proxime tamen ad sacerdotium, non impedit, quae ad parochialem ecclesiam promoueri dispensatione, & talis dispensatio potest fieri per Episcopum. No. 4. q. Glo. i. quaerit quod dicitur breue tempus, & multas concordantias adducit ad breuitatem temporis. Concludit q. breue tempus dicitur annus, & dimidius, quia in anno, & dimidio quis promoueri possit ad sacros ordines, all. iura. hodie statutus est annus, vt c. licet canon, de ele. li. 6. Sed dicunt hic Doc. q. in vna quadragesima quis possit ad omnes sacros ordines promoueri. nam in ea sunt tres dies sabbati ordinationum. Vnde Ho. hic dicebat hoc, q. de tempore breui dicitur, arbitrarium esse, hoc dictum procedit in alio casu quam c. licet canon, & bene facit, quod ibi no. No. 5. q. Quae 2. glo. an Episcopi possint dispensare cum minori etate, & aliqui dicunt, q. sic, ar. huius c. de hoc recitat glo. de ele. c. cum dilectus, vbi dicit q. in etate non dispensat Inn. alias Hof. dicit per Episcopos dispensari posse in etate, & personalibus & parochialibus ecclesiis, & in defectu ordinum, & in defectu scientiae, & in defectu morum cum corrigibili, dum tamen causa subsistat de defectu ordinis dicit hic probari, quia ex quo ius permittit dispensari, & Papa non reseruat inferiori; hoc dicitur esse concessum; & hoc videtur placere Ioan. An. in c. licet canon, de ele. li. 6. Circa aetate aut duo sunt videnda. primo, in qua etate, quis possit beneficium suscipere. Secundo, an cum inhabili aetate possit per Episcopum dispensari. Ad primum dic, q. est dare dignitatem Episcopale, & hoc determinatur, de ele. in c. cum in cunctis, quia est aetate 30. ann. & in ea solus Papa dispensat vt ibi. Est dare aetate Abbatis. Et simpliciter credo, q. illa requirat etate, vel saltem. 25. & hoc tene ut firmat Ioan. And. in c. indemnitate. de elec. lib. 6. & in istis casibus no dispensat inferior a Papa, facit de eta. & qua. c. i. lib. 6. Est dare dignitatem Abbatissae. & de hac de elec. c. indemnitate. lib. 6. & cum ista minori etiam solus Papa dispensat, vt d. decr. vnica. Est dare dignitatem aliam inferiorem, vel personatum habentem curam animarum annexam, & illius est etas. 25. anno & idem in ecclesia parochiali, de ele. c. cum in cunctis. §. inferiora. in etate minori non dispensant inferiores Episcopi, quia inhabilitas est concilii, vt no. gl. de ele. c. cu in cunctis, ad hoc de renun. c. post traslatione, ad hoc de eta. & qua. c. i. lib. 6. Et contrarium est dare dignitate, vel personatum sine cura, & in hoc est dubium, quae etas exigat. dicit Inn. hic q. nulla est certa etas determinata, vnde ad illas recte eligitur, qui sciat illam, & possit regere, vel fm eum sufficit pubertas, cum exinde suas facultates administrare possit, & cesset tutoris officium, & possit esse ordinarius. ff. de iud. l. cum pretor. & sufficit, q. non est statutum contrarium, ff. de prob. l. ab ea. no placet hoc Cōp. nam si in secularibus honoribus habentibus administrationem exiguntur saltem. 25. anni completi, ff. de mu. & ho. l. ad tem, ff. de decu. l. spurii. §. minores, fortius in ecclesiasticis honoribus, & dignitatibus requiritur illa etas, nisi dispensetur, & sic possit intelligi opi. Inn. Hodie de mete c. 2. inf. de eta. & qua. li. 6. est q. etas sit. 25. nā illa dec. in 14. ann. permittit dispensare episcopis, in minori aut etate no poterit eps dispensare. Est dare beneficia simplicia, a quae non sunt dignitates, nec parochiales ecclesie, & tales non exigunt ordinem sacrum ex statuto, vel consuetudine. si est beneficium habens administrationem, exigitur 14. annus sup. eo. c. indecorum, & tenet Io. And. de ref. c. si eo tempore, li. 6. in nouel. Satis tamen puto, q. possit Episcopus in minori etate dispensare, quia si hoc est prohibitum in dignitatibus per c. primum. inf. de eta. & qua. li. 6. concessum videtur in aliis a contrario literę illius c. maxime tenendo opin. antiqua Inn. & Ho. q. in talibus non prohibitis in etate possit dispensari. Si autem beneficium sit canonica opin. sunt, aliquae exigunt 14. ann. aliquae minus, quia dicunt suffi-

ADDITIONO.

- 6 Simplicia. Adde Fed. conf. l. 232.